



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 52. Mirandulæ obsidio Pontificis jussu soluta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæc. XVI. eo sublato , qui propter innatam ambi-
A.C.1552. tionem , atque immoderatam gloriæ cu-
 pidinem abs dubio fuisse impedimento,
 quominus *integra* tranquillitate fruer-
 tur. Quapropter etsi Cosmus Floren-
 tiæ Dux Alexandrum Stroccum able-
 gasset , non tam ut Papam de Nepotis
 sui jactura solaretur , quam eundem ad-
 moneret , quatenus Cæsarem nullate-
 nus desereret , sed constans in suo pro-
 posito permaneret , nihilominus Papa
 in Ferdinandum Gonzagam , eo quod
 hoc bellum non minus avare , quam
 negligenter administrasset , totam fini-
 stri successus caussam rejecit , atque ab
 obsidione Mirandulana se omnino dis-
 cessurum respondit , moram tamen im-
 posturum ajebat , ut Cæsar , si forte
 obsidionem prosequi vellet , munimen-
 tis a Joanne Baptista erectis præsidia-
 rium militem imponere posset.

§. LII.

*Mirandulæ obsidio Pontificis iussu
 soluta.*

Pallav. l. c. Interea Pontifex Camillo Ursino , nec
Thu. ut supra non Alexandro Vitellio , qui occiso
 Joanne Baptista Montano Pontificii e-
 xercitus Dux nominabantur , præcipie-
 bat , ut ab armis desisterent , omnesque
 copias unacum annonâ , bellique tor-
 men-

mentis inde reducerent: Cum ergo o-Sæcul. XVI.
mnia prorsus propugnacula ab hostibus A.C. 1552.
desererentur, mox Galli ea occupabant,
ac Hyppoliti Estensis Cardinalis Ferrarensis studio, ac diligentia urbs solido
anno obseffa, omniumque rerum inopia laborans abunde annona instruebatur. Evidem tria Germanorum milia a Mariniano Marchione submissa accurrerant: verum accepto solutæ obsidionis nuntio mox recesserunt. Postea Imperator palam de Papa, præprimis vero de Vitellio querebatur, eoquod hic datam violasset fidem, qua se, si ab urbe recederet, munimenta Cæfareis traditurum promiserat.

§. LIII.

Incertus rumor de interrumpenda Synodo.

Acriori adhuc dolore affligebatur Cæfaris animus accepto nuntio, quod Tridentini Concilii res minus prospere succederent, ac potissimi Præsulum, qui Cæfaris imperio obnoxii erant, urbe excessissent, quamprimum fama increbuerat, quod Mauritius Elector novos in Germania tumultus suscitaret. Enimvero hic rumor adeo invalescebat, ut Tridentina Synodus postea penitus interrumperetur.

Cum